

et dein novas Constitutiones elucnbrabimus quæ
postulabuntur præ cleri populi que statu.

Ne in parœciis interea deficiat competens nume-
rus sacerdotum, ad hanc Synodum vocamus :

Vicarium generalem nostrum,

Capituli præpositum et nostræ cathedralis cano-
nicos,

Cancellarium, secretarium, et adiutorem secre-
tarii Episcopatus nostri,

Seminarii nostri rectores,

Vicarium foraneum nostrum pro Gaspesia et
omnes archipresbyteros,

Omnes denique parochos qui hoc anno spiritua-
libus exercitiis interesse debent. Cæteri autem paro-
chi a nostra episcopali civitate non ablone residentes,
si prudenter arbitrantur a parochia absentare, pote-
runt etiam adesse.

Ut autem primo in deliberationes nostras cœles-
tium luminum abundantiam exposcamus, jubemus
omnes diœcesis sacerdotes in missa recitare collectam
de *Spiritu Sancto*, servatis rubricis, a prima die au-
gusti ad finem Synodi. Volumus insuper universos
christifideles rogatos ut domi in hunc finem pias
fundant preces.

In quatuor vero primis dominicis mensis augusti
proximi, post parochialem missam, sequentia *Veni,
Sancte Spiritus*, ante consuetas preces *pro Papa et Eccle-
sia*, ad eandem intentionem cantabitur.